

et future quibus presens scriptum ostenditur cupimus esse notum quod fidelis et dilectus nobis miles, Otto filius bodonis Junior de ylburg villam unam que frankendorf vocatur quam a nobis iure feudali habuit, eiusdem ville proprietatem cum omnibus ad ipsam villam pertinentibus, super altare gloriosissime dei genitricis et virginis Marie necnon aliorum sanctorum in Dobrilug habitantium, in remissionem suorum devote obtulit peccatorum, qui scilicet Otto noster miles fidelis ad nos veniens et iam dictam villam

3. Frankendorf.

frankendorf in nostris manibus liberaliter resignavit petens et cum diligentia nobis supplicans, ut suam oblationem tam devotam in omnibus confirmaremus propter deum, nos vero divine remunerationis meritum propensius intuentes ipsius precibus annuimus et proprietatem sepedicte ville cum omnibus attinentiis ad ipsam villam pertinentibus damus et assignamus sepedicto monasterio

4. Dobrilug.

^{4.} Dobrilug et ipsius sancto conventui iure proprietatis perenniter possidendam, cum montibus et planiciebus, cum vis, fructibus, exitibus et redditibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis iam constructis vel impostorum